

# Liber.

dem que ex diffinitione: vel genere: vel differentia: vel causis argumenta ducuntur demonstratiuis maxime syllogismis vires atqz ordinem subministrat: re liqua vero verisimilibus ac dialecticis. Atqz hi loci qui maxime i eorum substantia sunt: de quibz i quone dubitatur ad predicationes ac simplices: reliqui No ad hypotheticos et conditionales respiciunt syllogismos. Expeditis igit locis et diligenter tā diffinitionē qz exēplor luce patefactis dicēdū videt qno bi loci maxima marū sint differentie propositionū idqz breuiter neqz enim longa disputatione res eget. Omnes enim maxime propositiones vel diffinitionē continet vel descriptionē: vel nos interpretationē: vel totū: vel genus: vel partes: vel species: vel cetera: quibus differunt iter se maxime ppositiones. Nam in eo qz sunt maxime non differunt: sed i eo qz hec a diffinitione quidem. Illa No a genere: alie vero veniunt ab alijs locis: et bis in re differre: hiqz earum differentie esse dicuntur: sed quoniā diuisio Themitij patefacta est: nūc ad Marcū et Tullij diuisionem transeamus.

## De differentijs Topicis. Liber tertius.



Quid locorū differentias multipliciter varieqz tractamus: nihil mirum diligētibus sgenijs videri debet: cū manifestū sit: vnaquāqz rē multis sepe differētijs atqz in varias diuisionis figurās posse p̄tiri. Nā qa singulas res nō vna: s̄ plures sepe differētie cōprehēdūt necesse ē: vt secūdū differētiarum varietatē fiat etiā diuersitas diuisionū: vt et numeri nūc eas colligimus differētias: qz alij pares alij No impares: nūc No qz alij pmi: atqz icōpositi: alij scōi: atqz cōpositi. Triagulorum etiā multis modis fieri partitionē geometrice discipline tenor ostendit: iam tamē i oīb̄ prouidēdū ē: vt nihil extra i qlibet diuisionis forma relinquatur: nihil vltra superflū ac p̄ter qd̄ necesse ē: aggregetur: qua i re quid mirum videri debet: si cū antea fīm Themitium locorū differētias dederimus: nūc diuersas s̄ Marcū Tulliū depromamus. Lui⁹ pposita breuiter partitione: atqz exēplis cōueniētib⁹ expedita: tū demum quo differat vel quo congruat superius digeste diuisioni: quomō et altera cōcludat alteram: cōmemorabo. Nam cum Marcus Tullius omnem logicam facultatē: quā rationē diligentem differendi dixit: duas habere partes proposuerit vnam iueniēdi: alteram iudicandi: et cum locos esse diffinierit argumenti sedes a quibus scilicet argumenta promuntur: argumentum etiā ratione: que rei dubie faciat fidē diuisione locorū oīuz hoc modo fecit. Ex his inquit locis: i quibus argumēta inclusa sunt: alij i ipso herent: de quo agitur: alij assumuntur extrinsecus. Duas igit locorū spēs fecit. alios. n. i ipsis questionum terminis berere proposuit: alios extrinsecus assumū: atqz eos quidē: qui i ipis herēt de quibus qritur: tali diuisiōe partitūr: i ipso sicut: tū ex toto: tum ex partibus eius: tū ex nota: tū ex his rebus: que quodāmodo effecte sūt ad id: d quo queritur. Extrinsecus autē ea dicunt: que absunt longe qz disiuncta sunt: post hec eum. locum: qui ab effectis dicitur: i cōuenientia membra partitus est. hoc modo. Alia enī sicut sūt cōiugata alia ex genere: alia ex forma: alia ex similitudine: alia ex differentia: alia ex cōtrario: alia ex cōiunctis: alia ex antecedētibus: alia ex consequētibus: alia ex repugnātibus: alia ex

causis: alia ex effectis: alia ex comparatione maioriū aut minorum aut parium. Quorum quidem omniū et natura breuiter attingenda ē extra ponēda. Eorum sicutur locorū qui i ipso de quo agitur herent: prīmū ē dixit a toto. Totum vniuersiūsqz rei i diffinitione constat. Omnis enim diffinitionē rei: quam diffinit ade quatur: qz si vnaqueqz res tota est (nihil enim integrum esse nisi totum pōt.) diffinitionē quoqz totus ē necesse ē: idest que totā rei: quam diffinit substantiam claudit. Diffinitionē vero ē oratio: qz vniuersiūsqz rei quidē esse designat. Ab hac ita ducit argumētum ut si sit questio: an arbores sint animalia: dicam. Animal est substantia animata sensibilis.

At arbor nō ē substantia alata sensibilis. tum claudā. Non sunt igitur arbores animalia.

Questio de genere: maxima propositio: vnde diffinitionē abest: id est illud quoqz abesse: quod diffinitur loca diffinitionē. Partes nō sunt: quarum conuentu efficitur totū. Partes etiā vocant que dividunt totū hec autē species: vel forme nuncupari solēt. A quibz hoc modo sumitur argumētū. Ab his quidē partib⁹ quarū cōiunctione cōponitur totum hoc modo: vt si sit dubitatio: an anima sit corporea: partiemur aīam velut his tribus partibus: qz vel vegetabilē vīz vel sensibilē: vel intelligibilem prestet at neqz ipsum vegetare: neqz sētire: neqz intelligere corporale ē. Lūqz nulla pars sit corporalis ale oīo aīa corporalis non ē mōstrata ē. Questio de genere idest an anima corpori subiectiatur vt generi. Maxima ppositio: a qbus partes absunt: totum quoqz abesse: locus a partibus totum coniūgentibus. Itē ab his partibus: que totū dividunt hoc mō: sit i questione an aīa secundū locum moueat. Dicā motus secundū locum tres spēs sunt: cōmētū: cōminutio: pmutatio: anima vero neqz augetur: neqz minuitur: neqz ab alio loco transit ad alii: nō igit mouet. Questio de accidenti. Maxima ppositio eadē qz supius: locus a partibus totū dividētibus. A nota vero argumētū ē: quotiēs ab interpretatione noīis: rei dubie fides qrit: hoc mō: vt si dubitetur: an philosophia sit bonum. Dicemus.

Philosophia est amor sapientie. Hic igit rem

At id bonum est. non diffini-

Philosophia igitur bonum est. mus: sed nos men diffinitione prodimus. Questio de genere. Maxima propositio: nominis interpretationē rem declarare. locus a notatione. Coniugata sunt: que ab eodē noīe flectuntur vt a iustitia iustum iuste. Ab his ita capitur argumentum: vt si queratur: an ridere gaudere fit. Dicemus: si risus gaudium est: et ridere gaudere est. Questio de accidenti: maxima propositio: coniugatorum eandem esse naturam locus a coniugatis. Genus est quod de pluribus specie differentibus i eo qz quid sit predicatur. Ab hoc ita ducit argumētum vt si queratur: vtrū anima numerus sit seipm mouens vt renocri placuit. Dicemus.

Anima substantia est. Questio de

Numerus vero substantia non est. diffinitione

Igitur anima numerus non est. locus a gene-

nere maxima propositio. Quorum diuersa sunt gene-

ra: ipsa quoqz sunt diuersa. Forma est quod de

pluribus numero differentibus in eo: qz quid sit pre-

dicatur. Ab hac fit argumentum hoc modo: vt si que-

ratur: an color in subiecto sit: id approbabim⁹ eo: quo-

niam album vel nigrum in subiecto sunt. A specie sci-

licet ad genus deducentes: questio de genere. Nam

i subiecto

in subiecto esse vel non esse: accidens vel substantia significat: que sunt prima rerum genera. Maxima propositio. In formis spectari generum proprietates locus a forma. **C**Similitudo est rerum differentium eadem qualitas. Ab hac ita fieri argumentum videt ut si queratur: sorte an electione rectores ciuitatibus dandi sunt negetur quoniam nec in naui quidem sorte: sed electione peritus rector eligitur. Similis est natus quidem ciuitati. gubernator autem magistratus. Questio de accidenti. locus a simili. Maxima propositio. de similibus idem est iudicium. **C**Item a differentia: ut si queratur: an idem sit rex quod tyrannus. dicimus minime. namque in rege est pietas. iustitia: mansuetudo: in tyranno cuncta diversa sunt. questio de definitione. locus a differentia. Maxima propositio. differentium rerum non idem esse iudicium.

**C**Contraria vero que Licero appellat quatuor dividuntur modis. aut enim aduersa sunt: ut album nigrum. aut priuata ut iustitia iniustitia: aut relativa: ut dominus: seruus: aut negativa: ut videre et non videre. ab his omnibus ita argumenta ducuntur. ab aduersis si bona est sanitas: mala est egritudo. a priuantibus. si iniustitiam fugimus sequamur iustitiam. a relativis quidem quisquis pater vult esse habeat filium. a negantibus non me accusas fecisse: quod me non fecisse defendis. **Q**uestiones de accidentibus. Maxima propositio: in aduersis: priuantibus: et negantibus contraria sibi conuenire non posse. In relativis absque se relativa esse non possunt. Locus a contrariis: que melius opposita vocarentur. **C**Adiuncta sunt: que finitum tenent locum: ita: ut temporibus quidem tunc antecedat: ut amorem congressio: tum rei cui adiuncta sunt bereant: ut ambulationi pedum strepit: tunc consequantur: ut atrox facinus metus trepidatio. neque bec necessaria sunt: sed frequenter eveniunt. Namque qui congressus est: modis omnibus amavit: et qui congressus non est: uno semel aspectu in amorem intendit. et ambulante quo potest non esse strepit pedum: et non ambulante pedes strepere: si consistens uno eodem loco moneat. ei trepidare quod fecerit. ab his duetur argumentum: vel cum amare aliquem suspicamus quod fuerit ante congressus. vel ambulasse aliquem in locum cum pedum strepitus fuit auditus: vel atrox facinus commisso: quem trepidare videamus. atque in his questiones de accidentibus. Locus ab adiunctis maxima propositio: ex adiunctis adiuncta perpendiculariter. **C**Antecedentia vero sunt: quibus positis statim necesse est aliud consequatur. velut cum dicimus si homo est animal est. Neque in his temporum ratio: nec rerum necessitas varia est: sed statim ut dictus fuerit id quod antecedit. comitatur id quod est. **H**ic vero locus tantum in conditione est constitutus. posita enim conditione: si sit antecedens. esse necesse est: quod consequitur. hoc modo. Si peperit cum viro concubuit. antecedens est prepissus: cum viro concubuisse sequitur. nam neque illud queritur quid prius tempore sit quid posterius et sepe ita variatur. ut id quod posterius est tempore: antecedens esse videatur in propositione: ut peperisse posterius est: quam concubuisse. **T**amen si peperit modis omnibus cum viro concubuit. et hoc precedente: et prius posito necesse est illud intelligatur. aliquoties vero simul sunt ut si sol ortus est: dies est. aliquoties quod precedit: prius est posterius vero quod consequitur. ut si arrogans est: odiosus: est ex arrogantia enim quisque fit odiosus

ex antecedenti igitur argumentum sumimus si perit: cum viro concubuit: sumo quod antecedit. at perit concludo quod sequitur. cum viro igitur concubuit. a consequentibus ita sumo. quod consequitur. at non concubuit cum viro. concludo quod antecedit non igitur perit. Questio est de accidenti. loco: ab antecedentibus: et consequentibus. maxime propositiones posito antecedenti comitari id quod consequitur. pereempto consequenti perimi quod antecedit. **C**Repugnantia vero sunt contrariorum consequentia. ut vigilare dormire contraria sunt. stertere dormientibus adiunctum est. Stertere igitur ac vigilare repugnantia sunt. ab his ita fit argumentum. **T**e ne cum vigilare dicit: qui sterterat questio de accidenti. argumentum a repugnantibus: maxima propositio. repugnantia sibi conuenire non posse. **C**Lausa est efficiens que quamlibet rem efficit precedens non semper tempore sed proprietate nature. ut sol diez. ab hac ita sumimus argumentum. Lur esse dubites diem: cum solem in celo esse aspicias. Questio de accidenti. nam diem esse accedit aeri. id est esse per solem lucidum. argumentum ab efficientibus causis maxima propositio: ubi causa est: effectum hinc abesse non posse. **E**ffice etum est: quod efficit causa. ab hoc ita sumitur argumentum: an tu dubitas amasse. quam rapuit. Questio de accidenti. argumentum ab effectis. maxima propositio ubi effectum est: causam abesse non posse. Veluti non absuit amor: quod fuit causa: cur rapuerit: quod est effectum. **C**Comparatio vero maioris est: quotiens id quod minus est: maiori comparatur. ab hoc loco sumitur ita argumentum si is: qui patriam bello persecutus est tandem veniam meruit a ciuibus: cur non is quoque mereatur. qui ob seditionem motam actus est in exilium. Questio de accidenti: argumentum a comparatione maioris. maxima propositio. quod in re maiore valeat in minore. **C**Maioris est paratio: quotiens maior res confertur minori. atque ex ea capitur argumentum hoc modo. **S. L. Bracchii**. mediocriter labore factantem statum rei publice. scipio prius interfecit. cur non catilinam orbem terre cede: atque incendio vastare cupientem consules persequuntur. Questio de accidenti. argumentum a comparatione minoris: maxima propositio: quod in re minore valeat in maiore. **C**Darum idem esse iudicium. **C**Restat is locus quem extrinsecus dicit assumi hic iudicio nititur et auctoritate: et totus probabilis est nihil continens necessarium. Probabile autem est quod videtur vel omnibus: vel pluribus: vel doctis: vel sapientibus: et inter hos famosis atque prestantibus: vel his qui secundum unamquamque artem peritias consecuti sunt. ut medico in medicina: geometre in geometria: ab hoc loco tale est argumentum veluti si dicam difficile est cum carthaginensibus bellum gerere: quoniam id. **P. Scipio Cornelius Africanus** dicit: qui sepe fuerat expertus. **H**ic vero locus extrinsecus dicitur constitutus: quoniam non de his: qui predicti vel subiecti sunt termini sumitur. sed ab extrinsecus posito iudicio venit. hic etiam inartificialis: et artis expers vocatur quoniam non sibi hinc ipse conficit argumentum orator: sed preparatis positisq; vtitur testimoniis. **C**Ex

# Liber

peditis igitur Marci tullii differentiis quibus ipse  
 a se maximas propositiones: quas locos esse dirimus  
 separavit pertractanda beruiter mihi videtur sus-  
 perius digesta partitio: ut ea que similia videntur: a  
 semetipsis ratione congrua segregentur. Similis enī  
 videntur locus a toto: ei: qui est nota. Vt ergo enim in  
 diffinitione est constitutus. Nam interpretatio nomi-  
 nis quedam ipsius nominis diffinitio est. Sed illa eo  
 rum maxima est differentia: qd locus a toto rem diffi-  
 nit a nota vero rem non diffinit: sed nomen interpres-  
 tatur. Diversa vero sunt res. ac nomen. Hoc enī signi-  
 ficat illud vero significatur. Item locus a partiū enu-  
 meratione consimilis videntur esse ei: qui est a forma.  
 Nam et forma pars est: et qui genus dividit: enumera-  
 rat partes. neqz enim aliter fieri ex forma argumen-  
 tum potest nisi dividatur a genere sumi enim omni-  
 no forma non potest: nisi per divisiones. Sed hic quo  
 qz multa est differentia. nam partium enumeratio  
 necesse est: ut dividat totas partes. easqz vniuersas  
 ad fidem argumentationis assumat: sive ille ptes: sive  
 species sint. vt genus quidem speciebus. totum vero  
 partibus approbetur. In forma vero sufficit ad de-  
 monstrandum quod de genere dicitur vna quelibet:  
 Item locus a contrario et repugnantibus videntur ee  
 consimilis: sed habet differentias: quia contraria pri-  
 mis sibimet frontibus opponuntur. Repugnat vero  
 per coniunctionem contrariorum sibi probantur ad-  
 uersa: ut dormire ac vigilare statim sibi contraria sūt.  
 Stertere vero repugnat vigilatio i cōcirco qz somno  
 coniungitur. Adiuncta vero et antecedentia et con-  
 sequentia quasi finitima sunt. Sed distant. quoniam  
 in adiunctis nulla est necessitas in antecedentibus ve-  
 ro. et consequentibus maxima. in adiunctis vero tem-  
 pora nimium valent. Nam quod adiunctum est: id p-  
 cedere rem solet vel cum ea uno eodem tempore  
 esse vel subsequi posterius. At in antecedentibus ni-  
 bil horum est: sed non habita temporis ratione mor-  
 vt fuerit antecedens: consequens esse necesse est: et si  
 consequens non fuerit antecedens necesse est interire.  
 Ac de Marci Tullii locis sufficienter dictuz est. nūc  
 ad themistii divisionem redeamus. et quomodo sus-  
 perius partitiones digeste sibi consentire possint bre-  
 uiter explicemus. ac primum quidem totius partitio-  
 nis differentias colligamus communiter. Superior  
 autem divisione themistii docuit alios esse locos: qui in  
 ipsis terminis de quibus queritur insunt alios qui ex  
 trisecus assumuntur: alios q inter vtroqz versant. vt  
 hic tria intelligatur divisione. At Marci tullii divisione  
 locos bifariam ostendit: Alios enī in eo ipso. de quo  
 agitur herere propōit: alios extrinsecus assumi. Hic  
 igitur omnes eos locos: quos medios themistius pro-  
 posuit. his applicauit: atqz cōiunxit: qui sunt in ipsis  
 de quibus agitur: terminis constituti: et communiter  
 quidem talis divisionum differentia est: que clarius  
 apparebit si singula persequamur. Eos igit locos  
 qui positi sunt in terminis: de quibus in questione du-  
 bitatur. priore partitione Themistius: tum in substā-  
 tia posuit: tum in substantie consequentia. In substā-  
 tia sunt diffinitio: descriptio: nominis interpretatio.  
 Substantie vero consequentia sunt: genus: totum:  
 pars: species: causa: efficiēs: materia: forma: effectus  
 corruptio: finis: usus: communiter accidentia. Eos ve-  
 ro qui extrinsecus assumuntur: tum in iudicio: tum in  
 similitudine: tum in quantitatis comparatione. tum in  
 oppositione: tum in proportione. tum in transum-

ptione separavit. Quos vero inter vtroqz posuit: hos  
 in casibus et coniugatis: et divisione constituit. Sed  
 Marcus tullius eos: qui in ipso sunt: de quo queritur  
 tum ex toto: tum ex partibus eius: tum ex nota: tum  
 ex his rebus: que quodammodo affecte sunt ad id de  
 quo queritur posuit. ipsa vero que affecta sunt multifa-  
 ria divisione partitus est. solum vero iudicium extrin-  
 secus segregauit. pluresqz partes eorum: que in divi-  
 sione themistii posita sunt substantie consequentia.  
 Itemqz locos medios inter affecta numerauit. In tā  
 vero varia divisione necesse est. vt vtreqz sibi non ea  
 dem parte conueniant. Id vero in cunctis multiplici-  
 ter divisionis fieri potest: velut si quis dividat triangulo-  
 rum formas sic. Triangulorum aliae sunt equilaterae  
 forme: aliae duo tantum latera habentes equalia: aliae  
 vero totis equalibz lateribus iuncte. Rursus sit ista  
 divisione vt alias dicat aliquis rectum habentes angu-  
 lum. que ortogonie nuncupantur. alias dicat tribus  
 acutis angulis contineri: que sunt ortogonie: alias in  
 obtusum angulum tendi: que sunt abligonie. Necesse  
 est igitur: vt vtreqz sibi diversa partium ratione con-  
 ueniant. Nam quod est ortogonium: id semp vel duo  
 bus lateribus equalibus continentur: vel tribz inequa-  
 libus. Sed quod non est abligonium: id vel duobus  
 lateribus continetur: equalibus vel tribus inequali-  
 bus. Sed quod est exigonum: id vel tribus lateribz  
 equalibus: vel duobus: continetur. Rursus id quod  
 est equilaterum semper est exigonum. id vero quod  
 duobus lateribus equalibus continentur: vel ortogo-  
 nium vel abligonium vel exigonum esse potest. Qd  
 vero tribus inequalibus continentur lateribus: vel or-  
 togonium: vel abligonium esse necesse est. Secundū  
 igitur hunc modum cunctam Marci tullii atqz the-  
 mistii divisionem a principio pariter ordinentes: inui-  
 cem sibimet clausam esse monstremus: inquit omnibus  
 et exemplorum: et intelligentie superiorius expedite  
 presens debet esse memoria. Disponam igitur oēm  
 themistii divisionem: et post banc subiiciatur Tullia-  
 na partitio: vt ea que dicēda sūt: apertius oculis sube-  
 cta clarescant:

## Themistii divisione.

Loci

## In ipso Extrisecus Medijs

A suba	A sequētibz	A rei iudicio	A casibz
A definitōe	A toto v̄l gene	A similibz	A coniugatis
A descriptōe	nere v̄l ītegro	A maiore.	A divisione
A nosis in	A p̄tibz generis	A minore.	
terptatiōe	vel integri.	Ex oppositis vel	
	A causis effi	contrariis vel re-	
	cietibus	latiuis vel secun-	
	A materia	dum privatio-	
	A forma	nem et habitum	
	A fine	vel per affirmas-	
	A ḡnatiōibus	tionem et negas-	
	A corruptōibz	tionem	
Ab usibus		A proportione.	
		A cōite	

A cōiter accidētib<sup>9</sup> Ex transsumptiōe.

M. Tullii diuisio.

<i>Locus</i>	<i>In ipso</i>	<i>Extrinsecus</i>
A toto	Ab adiunctis	A iudicio & auctoritate
A partibus	Ab antecedentibus	A consequentibus.
A tota		A repugnantibus
Ab affectis. i.		A causis
A coniugatis		Ab effectis
A genere		A comparatione
A forma		Vel maiorum.
A similitudine		Vel minorum
A differentia		Vel parium.
A contrario		

Quibus ita descriptis nunc quemadmodus Marci tullii diuisio themistii partitioni conueniat explicem⁹ cum igitur locum quem cicero dixit a toto: a substantia Themistius esse proposuit. Ut ergo enī in diffinitione consistit: siue illa substantialis sit: siue descriptio A partium enumeratione locus ex Liceronis topicis positus idem est: qui in themistii diuisione inter medios a diuisione nominatus est. Quotiens enī aliquid esse vel non esse monstrare contendimus: si fidem a partium enumeratione capiamus id ex diuisione necessario faciendum est. Diuisio vñ aut formarum pcessit. aut partiu⁹. Locus quoq; qui ex diuisione a themistio inter medios collocatus est: a cicerone in genesi tractatione ponitur. ait enim tullius cu⁹ de gene re loqueretur. hoc modo. Commodo etiam tractatur hec argumentatio. que ex genere sumitur: cum ex toto partes persequare. hoc modo: si dolus malus est: cum aliud agitur: & aliud simulatur. enumerare licet quibus modis id fiat: deinde in eorum aliquem id qđ arguas dolo malo eē factu⁹ includere. Quod genus argumenti in primis firmum videri solet. A notatione tullii locus is qui themistii est a nominis interpretatione. A coniugatis communis est locus: cum themistius in medios collocavit. A genere. M. Tull. posuit a toto themistius. A forma cice. a parte. i. specie themi. a similitudine cōis quidem est: nisi qđ Marc⁹ tullius sub ea proportione ⁊ prebendit. A differentia tullii: vela gñe: vel a toto in themistii diuisiōe: vel a parte intelligi potest. A genere vel a toto quidem: si sit constitutiva differentia de qua sumitur argumentum a parte vñ si sit diuisibilis. A contrario idez loc⁹ est: qui a themistio ab oppositis dictus est & extrinsecus constitutus. ab adiunctis ille est: qui in themistii partitione a cōiter accidentibus dicitur inter consequentia sbe nosatus. Ab antecedentibus: & consequentibus locus multifariam spargitur. Nam & diffinitione & descriptio et antecedere rem & cōsequi possunt. itē qđ nominis interpretatio. Item species antecedit: genus sequit. Causa ēt efficiēs antecedit: & seq̄ effect⁹ mā; vñ seq̄ effect⁹: Cōiter accidentia quoq; si inseparabilia sint: necesse est: vt consequantur. Coniungata

autē sese vel antecedunt: vel consequuntur. itaq; hic locus pluribus mixtus est: non tam in rebus ab aliis omnibus. quam tractatione diuersis. ipsa enim conditio consequentie locum alium facit: cum ipsa conditio cōsequentie vel in diffinitione: vel in descriptiōne: vel in forma: vel i cā vel in ceteris posita sit. Re pugnatiā vñ oppositis aggregat̄ efficiētia causis efficiētibus vel materia. effecta illi sunt consimilia loco quem Themistius posuit a fine Nam causarum efficiētus finis est. A comparatiōne maioris vel minoris idē locus est: qui apud Themistium inter extrinsecus locos ponitur vel minore. vel a comparatione parium inter eos q; a simili ducuntur esse putandus est. Discutum est enim in quantitate similitudinem esse paritatem. Restat locus vtrisq; communis: qui extrinsecus collocatus est: quem Licerorū sicut Themistius rei iudicio esse proposuit. Et M. Tullii quidem diuisio superiori Themistii partitioni tali modo potest includi: qđ licet in subiecta descriptione pspicere

Tulliana diuisio.

Themistii diuisio.

A toto	A substantia.
A partiu⁹ enumeratione	A divisione.
A notatione	A nois interpretatione
A coniugatis.	A coniugatis.
A genere	A genere vñ a toto
A forma	A pte vel specie.
A similitudine	A simili.
A differentia	A toto vel a parte.
A contrario	Ab oppositis.
Ab adiunctis	A cōiter accidentib <sup>9</sup>
Ab antecedentibus vel	A diffinitione vel descriptiōne: vel in interpretatione: vel specie: vel causa: vñ materia: vel communiter accidentibus vel cōiugatis.
Ab consequentibus	Ab oppositis.
	A causis.
	A fine.
A repugnantibus	a maiore.
Ab efficientibus	a minore.
Ab effectis	a similibus.
	a comparatione.
Vel maiorum	
Vel minorum	
Vel parium	

Omnis quidem M. Tullii partitio locoru⁹ in Themistii diuisione superioris descriptiōis formula videtur conclusa. Nunc Themistii diuisio ad marci Tullii diuisiōe reducenda est. Luius quidem multa p̄ Liceroni conuenit: sicut prior etiam descriptio docet. Quod vero ex Themistii superest diuisione: id si ad Tullii partitionis ordinem reseratur: facili compensatio quemadmodum ad seiniucem partitiones redundantur ostenditur. Nam continue marci Tullii diuisioni ex themistii locis bi superiori descriptione conuenient Liceronis quidem a toto themistij a substantia. a partiu⁹ enumeratione Liceronis diuisiōe themistij a coniugatis vtrorumq; communis. a genere Licer. a toto themist. a forma Licer. a parte. i. spē Themist. a similitudine communis a differentia Licer. a toto

# Liber

vel a parte themist. A contrario Licero. idem apud themis. ab oppositis. et ab iunctis Licero. eundem a communiter accidentibus themist. dixit. ab antecedentibus et consequentibus mixti cum pluribus. a repugnatibus Lice. idem a themistio. ab oppositis dicitur. ab efficientibus Licero. a causis themist: ab effectis Licero. a fine themist. a comparatione maioris ac minoris. M. Tull. idem sunt a maiore ac minore themist. a comparatione parium Licero. a similibus Temist. C. L. igitur Marci Tullii plena diuisio aliquibus membris themistiane divisionis aptetur: fieri non potest: ut non membra Themistiane diuisio statim ad tulliane conuenientia reducantur. Quocirca si quid reliquum est in themistii divisione: quod superiori formale non videatur ascriptuz plene mari Tullii divisioni sic poterimus aptare. Inuicem igitur divisiones alterna reciprocatione coniuncte sunt. Restant autem ex themistii locis hi: ab usibus ab effectibus et corruptionibus: et proportione et transumptione. Quorum quidem ab usibz. si usus alicuius rei semper effector est: ei loco ciceronis adhibendus est: qui ab efficientibus nuncupatur. Quod si ipse usus efficitur. ei loco ciceronis aptandus est qui ab effectis vocatur. ab effectibus vero. si quidem efficit aliquid effectus: ab efficientibus causis est: si vero ipse effectus plenum aliquid confectumqz demonstrat. Is locus est quem ab effectis. Tullius dixit. a corruptionibus vero ab efficientibus dici potest. Nam cum omnis generatio efficiat aliquid id est substantiam forme corruptionis rursus ipsa quoqz efficit quiddam id est substanciali forma spoliat ac priuat: velut mors facit corporis dissolutionem. a proportione vero idem est: quem Tullius a similibus dixit nam multorum in multis similitudo est propotione. Transumptio vero si quidecim ad maiora sit: locus a maiorum comparatione est. sin vero ad minora: locus est a minorum comparatione. qz si ad paria: locus est a paruum comparatione. atqz in his omnibus reducendis tale satis est descriptionis exemplum.

ab usibus	Si ipse usus aliqd efficit. a causis.
	Si ipse usus efficit. ab effectis.
ab effectibus	Si effectus aliqd efficit. a causis.
	Si effectus efficitur. ab effectis.
a corruptionibus	ab causis.
a proportione	a similibus.
Si sit ad maius	a proportione maiorum.
a transumptione	Si sit ad minus. Minorum.
Si sit ad par	Parium.

¶ Ac de dialecticis quidem locis: quantum propositi operis ratio postulabat explicuimus. Nunc vero de Rhetoricis dicendum est: quid sint: vel quid a dialecticis dispare videatur. Ad cuius plena disputatione

¶ De differentiis Topicis. Liber quartus.

**S**i quis operis titulum diligens examinatur inspiciat: cum de topicis differentiis conscribam: non id a nobis tantum expectare debebit: vt locoru[m] inter se dialecticorum: vel eti[am] rhetoricon differentias demus. Veru[m] id multo magis vt dialecticos locos a rhetoricon segregemus: qd nos efficacius aggredi posse arbitramur

si ab ipsa facultatum natura disputandi sumamus erordium. Ostensa enim dialectice: ac rhetorice similitudine ac dissimilitudine ab ipsarum facultatum necessitate est formis etiam locorum qui eisdem facultatibus deseruiunt coitates discrepantiasqz dicam. dialectica igitur thesim tm considerat. T[em]esis vero est sine circumstantiis questio. rhetorica vero de hypothesibus. i.e. de questionibus circumstantiarum multitudine inclusis tractat: et differit. Circumstantie vero sunt quis. quid. ubi. quando: quomodo. quibus administriculis. Rurus dialectica quidem si qn circumstantias: veluti personam factum ve aliquod ad disputationem sumit: non principaliter: sed omnem eius vim ad thesim: de qua differit. trahit. Rhetorica vero si thesim assumptam ad hypothesim trahit: et utraqz suam materiam quidem tractat: sed alterius quidem sumit: ut primum in sua materia facultate nitatur. Rurus dialectica interrogatione: ac responsione costricta est. Rethorica rem propositam perpetua oratione decurrit. ite dialectica perfectis vltur syllogismis. Rethorica enthematum breuitate contenta est. illud etiam differentiam facit: qz Rethor habet alium p[ro]pter aduersarium iudicem: qui inter utrosqz disceptat. Dialectico vero ille fert sententiam: qui aduersarius sedet. ab aduersario enim responsio veluti quedam sententia subtilitate interrogationis elicetur. Que cum ita sint omnis earum differentia vel in materia. vel in usu vel in fine est constituta. In materia qz thesim atqz hypothesis materia quidem utrisqz subiecta est. in usibz qz hec interrogatione illa perpetua oratione disceptat: vel qz hec integris sillogismis. illa vero enthematisbus gaudet. In fine vero qz hec persuadere iudicet: illa quod vult ab aduersario extorquere conatur: Quib[us] ita p[ro] cognitis paulo posterius et questions Rethoricas qz in constitutionibus posite sunt: et propria generis enumerabimus locos. Nunc paulisper mibi vide[re] de tota admodum breuiter facultate tractandum magnu[m] op[er]um atqz difficile. Etta enim sibimet ars Rethorica cognitione iungat: non facile considerari potest: virg[es] est et ut auditu animaduerti queat: neduz sit facile rectu[m]. De cuius quidem rei traditione nibil ab antiquis precepitorib[us] accepimus. De unoquoqz enim percipliunt nibil de communi laborantes. Qua parte doctrine vacua ut possimus aggrediamur. Dicemus igit[ur] de generis artis: et speciebus et m[odis] et partibus: et instrumento instrumentis partibus: ope eti[am] officiis actoris et fine: post hec de questionib[us] ac de locis. Quocirca qd in communis speculandu[m] est hic differendi sumam exordium. Rethorice igit[ur] genus est facultas. Species vero tres iudiciale demonstratiu[m]: deliberatiu[m]: et genus qdem id esse: qd dixim patet. Species autem iecirco sunt: quas enumerauimus superius: quoniam in his est tota facultas. Rethorice i judiciali genere caru[m] integrata est. It[em] in demonstratio: vel deliberatio. Et hec genera sunt causaz. Omnes enim cause vel speciales vel iudiciale sub horum triu[m] generu[m] uno cadunt: ut sub judiciali quidem speciales vel maiestatis: vel repetundarum. Sub deliberatio vero cadunt: quecumqz cae consultatione fit: ut si specialiter accipias de bello vel pace. Eodem modo eti[am] in demonstratiu[m] quecumqz velunt in laudem: aut vituperatione: sp[iritu]l[iter] quidem ut laus viri fortis. Individue vero ut laus scipiois sub demonstratione ponitur. Materia vero huius facultatis est omnis res quidem p[ro]posita ad dictionem. fere at est civilis questio. In hac spez a Rethorica venientes q[ui] quedas